

1.
1.
2.
3.
4.
5.
1.
1.
2.



W. 6
1752/1.
16

THESES

INAVGVRALES
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC

DOMINO
FRIDERICO

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA
AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN INCLITA MARBVRGENSI ACADEMIA

PRO
LICENTIATI GRADV
IN VTROQVE IVRE CONSEQVENDO
SOLENNI ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBMISSAE


A
FRANCISCO RVDOLPHO
DE DEGEN

CONSILIARIO INTIMO CELSISSIMI ET
REVERENDISSIMI S. R. I. EPISCOPI
ET PRINCIPIS BAMBERGENSIS

DIE DIVN. MDCCLII.
RESPONDENTE

PHILIPPO FRIDERICO BREGLER

HAVSENSI.



MARBV RGI
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI.

(Diss an n. 419)

THESES

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AD

DOMINO

FRIEDERICO

HASSIAE TANDRAVIO

AUCTORITATE

ILLUSTRISSIMO ORDINE
IN IUSTITIA MARCVSSII ACADEMIA

PRO

LICENTIA TI GRADU

IN IURIS PRINCIPALIS
SACRAMENTUM

A

FRANCISCO RVDOLPHO

DE DEGEN

CONSILIARIO INTIMO CARISSIMI ET
REVERENDISSIMI S. E. EPISCOPI

ET PRINCIPIS HANNOVERENSIS

DE CIVITATE WELLE

RESPONDENTE

PHILIPPO FRIEDRICO BRUGER

HANNOVER

MARBURG

1711 PHILIPPI CASIMIRI MULLER





THESES

Ex Jure Naturæ, publico universali,
& Gentium naturali.

- I.
- H**ominem in Statu naturali sibi soli haud esse relictum, sed eum quoad Tò esse morale, quam maxime limitatum, officium erga Deum, tum erga se ipsum, cum denique erga proximum inculcant.
2. Ex officiis, Deo ex amore, timore ac fiducia in signum speciale subjectionis nostræ exhibendis, perspicitur religio naturalis, dictitans cultum Dei tam inquam externum.
 3. Officia erga se ipsum, & proximum suum præcipiunt sui ipsius, proximique amorem, felicitatis promotionem, ac Conservationem.
 4. In statu juris Civitatis universalis jura vel sunt Majestati separabiliter vel inseparabiliter annexa, nulla tamen ex his a civibus præscriptibilia.
 5. Est quidem Juris Majestatici: Ministros Ecclesiæ constituere: Consilii tamen, pacificos beneque
-) (2
- mora-

moratos constituere, ne plebs ab illis sub velo pietatis hypocritarum allecta nefando ausu vincula societatis civilis dirumpat.

6. In thesi quidem expediti juris est: licet resistere Imperanti, postquam se ipsum ob non adimpleta pacta fundamentalia deposuit; in Hypothesi tamen id difficulter esse adplicandum, status subditorum, & ratio politices suadet.
7. Præscriptio juris gentium, certo temporis spatio non inclusa, innitur solummodo derelictioni præsumptæ, quæ ex antiquitate temporis, aliisque emergentibus circumstantiis est eruenda.

Ex Jure publico particulari.

1. Imperator omnimoda quidem in re pollet Majestate, exercitium vero jurium Majestaticorum quam maxime Imperii legibus limitatum.
2. Dogma illud juris publici: Comitibus expirato Cæsare in imperio simul expirant: ruit; si perpendas, ex forma imperii Majestatem in interregno residere penes omnes status collective sumptos; & sicut Imperatorem in vivis nihil de gravioribus negotiis absque consensu ordinum, ita nec Vicarios de illis, quæ passim deliberanda, decidendaque veniunt, solos posse statuere.
3. Exinde elucescit, Vicariis Imperii competere ea, quæ sunt potestatis rectoriæ, ac judiciariæ, non ea, quæ sunt Majestatis.
4. Non minus necessarium esse, quam utile, litteras informativas a judiciis imperii in causis recurrenti-

- rentium ad comitia exigi: ne unum ex his sequeretur: vel ad nudam recurrentium instantiam iudicem iniquitatis ac iniustitiæ accusatum non auditum mediante concluso Imp. condemnare: vel ad falsâ narrata, negotia judiciaria in summis tribunalibus ventilata avocare.
5. In deficientis hodie ob morbum imperii politicum Revisionis universalis locum, recursum ad comitia subintravisse, ex *capitulatione novissima* defendi posse, nego.
 6. Jus constituendi aut deponendi Pontificem Cæsareæ Majestati directe nunquam fuit; Inde jus sic dictæ exclusivæ Papalis, cui tantum in exceptione a regula assentimur; velut residuum ex antiquo jure imperii in Urbem Romanam & Pontificem Cæsari Augusto assignari nequit.
 7. Jus primariarum precum non pro effectu juris Majestatici haberi potest, unde Ecclesia, ubi jus tale Imperator nunquam exercuit, in possessione libertatis suæ optimo jure defendi potest.
 8. Cæsarea judicia provincialia ob immutatum imperii systema prorsus in desuetudinem abierant.

Ex Jure Camerali & praxeos.

1. Imperator supremus est in imperio iudex & omnis jurisdictionis fons & origo.
2. Jurisdictio Camerae regulariter in omnibus causis est fundata, inde etiam illa in causis statuum privilegio Austregarum non opponentium tacite prorogata censetur.

) (3

3. Jus

3. Jus Austregarum regulariter in omnibus causis obtinet, non vero in omnibus casibus, sed tantum in illis, qui legibus Imperii sunt expressi.
4. Jurisdictio summorum imperii judiciorum, eorumque processus neque a Cæsare per rescripta, neque a statibus imperii per statuta singularia impediri, coarctarique queunt.
5. In casu provocationis ad Cameram Appellatio elapso termino hominis, quem iudex loco legalis ad abbreviandam litem præfixit, haud petita prorogatione pro deferta habenda est.
6. Privilegium de non appellando querelam protrahit & denegatæ justitiæ, ac nullitatis non excludit.

Ex Jure feudali Germanico.

1. Si literæ investitura, reversalesque a vassallis retrahendæ qualitatem feudi non discernant, recurrendum est ad consuetudines particulares curiæ feudalis; his silentibus ad præsumptiones juris feudalis communis.
2. Vassallis in causis feudalibus absque consensu Domini directi compromittere in arbitros non licet.
3. Doctrina illa: semel exclusus, semper exclusus: in feudis mixte hereditariis nullo fundamento stabilita est.
4. Præscriptio contra illum ad quem ordine successionis feudum devolutum esset, impleta agnatis in præjudicium vergere nequit.

5. In-

5. Inter feudum datum & oblatum ratione obligationis vasalliticæ nullam video intercedere differentiam, inde doctrina illa : feuda oblata præsumenda esse promiscua, minime est fundata.
6. Regula : *Krumstab schließt niemand aus* : aut in feudis ecclesiasticis præsumtio militat pro fœminis ; falsa dicitur, quum plura feuda ecclesiastica propria numerantur, quam impropria.
7. Clausula in tabulis investiturarum expressa : *Pro se, heredibus, & successoribus* : haud denotat feudum hereditarium.

Ex Jure Germanico.

1. Curias Dominicales *Dinghöfe*, seu prædia sub solvendo censu, & præstandis operis possidebant rustici, super quos Dominus curiæ, *der Dinghof-Herr*, coram hubariis Jurisdictionem ad causas censiticas restrictam exercebat, cujus utpote patrimonialis fœminæ etiam erant capaces.
2. Rustici præstando operas Domino suo pro prædio nobili ab obligatione præstandi ultteriores simul operas Domino suo Territoriali haud liberantur. Inde, licet intuitu certorum quandoque prædiorum v. g. *Sadelstreye Güter*, sint imunes, non illico etiam ab oneribus & servitiis reipublicæ sunt liberi.
3. Vasallus prædia castri libera rusticis perpetuo locare quidem potest, *vererben*, ast nec Dominus Directus, nec coninvestiti ad id non consentientes sunt obligati.

4. Ra-

4. Ratione temporis prædia perpetuo conducta amittendi seu avocandi inspiciendæ sunt 1) litteræ conductionis perpetuæ, his silentibus 2) statuta provincialia: his nec disponentibus 3) ad consuetudines provinciales; denique & his tacentibus, 4) ad triennium in sæcularibus, in Ecclesiasticis prædiis vero ad biennium jure Canonico statutum recurrendum est.

Ex Jure Civili.

1. Instituens actionem hypothecariam contra tertium possessorem causam a debitore non habentem suscipere probationem debet, bonæ fidei debitoris & rei hypothecatæ dominii.
2. Interdictum Salv. & quasi Salv. contra tertios rei bonæ fidei possessores institui nequeunt; leges obstantes interrogatus in palæstra solvet.
3. Uxorem fructus ex re donata industriales & civiles statim percipiendo irrevocabiliter suos facit, nec naturales.
4. Omnes fructus b. f. possessor ordinarie consumendo suos irrevocabiliter facit, huic asserto non discrepant L. 45. de usur. nec §. 35. J. de rer. divis.



Marburg, Diss., 1749/52

VD 18

nur Bd. 1, 4

TA-OL

ULB Halle 3
004 773 071



†







17. 3
2

IV. 6
1752, 1.
16

THESES
INAUGVRALES
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC
DOMINO
FRIDERICO
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQVA
AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN INCLITA MARBVRGENSI ACADEMIA
PRO
LICENTIATI GRADV
IN VTROQVE IVRE CONSEQVENDO
SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMISSAE
A
**FRANCISCO RVDOLPHO
DE DEGEN**
CONSILIARIO INTIMO CELSISSIMI ET
REVERENDISSIMI S. R. I. EPISCOPI
ET PRINCIPIS BAMBERGENSIS
DIE 20 IVN. MDCCLII.
RESPONDENTE
PHILIPPO FRIDERICO BREGLER
HAVSENSI.
MARBVRGI
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI.

(Diss. un. v. 419)

